



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

VIII. De Dilationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

probus litigator ab instituta cadet a-  
ctione. Reus verò habebitur pro con-  
fesso, id est perinde ac si debitum esse  
confessus ac condemnatus. Cuiusmodi  
pænæ non est locus in causis spiritalibus,  
ut cum agitur de decimis, iure  
tronatus &c. ne inde detur vitiosus  
talia ingressus.

*d. c. ult.  
in fine  
Vallen.  
hic §. 3.  
n. 3.*

## De Dilationibus.

### TIT. VIII.

Dilationes dari solent, aliæ ante litem  
contestaram, aliæ post. Ante litem  
cōtestaram dantur dilationes ad  
liberandum, de quibus est hic Tit.

*Quid est Dilatio, & quotuplex?*

**D**ilatio in genere est iustum tempus  
et spatium, quod ad actum aliquem  
iudicalem perficiendum conceditur  
actori vel Reo, à lege, à iudice, vel ex con-  
ventionem partium. Unde Dilatio  
est *Legalis*, quæ à lege absq; ministerio  
iudicis aut litigantium conceditur, et  
*iudicialis*, quam dat iudex ipse ex præ-  
cepto seu permissione legis, et  
*Conventionalis*, quæ ex conventionem partium  
competit. Dilationum verè Judicialium



um alia sunt *Citatoria*, alia *Deliberatoria*, alia *Probatoria*.

*Qui dicuntur Dilationes Citatoria?*

Quæ dantur citatis & injus vocatis, ut commodè pervenire possint ad iudicium, idque primò, secundò & tertio, justo temporis intervallo inter singulas citationes. Quod tempus hodie variat ex stylo Curia ejusque, & ferè est arbitrarium. Pro ternis citationibus potest iudex, si causa justa subsit, uti unica peremptoria: quo casu citatus peremptoriè, si non veniat, perinde habetur, & punitur ut contumax, ac si ter citatus fuisset.

vallen.  
hic §. 1.  
nu. 5. &  
6.

l. 70. D.  
de jud.  
vallen. ubi  
sup. n.  
7.

*Quæ Deliberatoria?*

Deliberatoria dilatio datur Reo, ut, viso Actoris libello, secum deliberet, cedatne, an contendat, & ut se instruat, cogitetq; quid Actori in iudicio respondeat. Unde si ex litteris citatoriis Reus plenè instrui possit, induciæ deliberatoriæ non concedentur. Tempus verò hujusmodi dilationis olim fuit 24. diebus à porrecto per Actorem libello, hodie est arbitrarium, & à stylo Curia pendens, prout de citatoriis dictum.

c. ult. h. t.

c. 2. h. t.

Auth. of-

feratur

C. de litis

contest.



*Quæ Probatoria ?*

Quæ dantur Actori ad suam intentionem, & Reo ad exceptionem probandam. Et ne in his modum excederent iudices, certum tempus præscriptum est ad probandum seu producendum testes scilicet trium mensium in eadem provincia, sex mensium, si trans mare: quod hodie quoque est arbitrium.

## De Feriis.

## TIT. IX.

*l. 1. Gult  
C. b. t.*

Quemadmodum dilatione durante Judicis officium interim conquirit, ita & durantibus feriis.

*Quid sunt Feria ?*

*c. 5. h. t.  
G. l. 5 D.  
eod.*

Sunt dies ab actibus judicialibus vacui: quibus scilicet forensis strepitus & iurisdictionis exercitium conquiescere iubetur.

*Quotuplices sunt ?*

Aliæ sunt Solemnes & Ordinariæ, ut sunt ad divinum cultum institutæ, ut sunt dies festi, vel ad fructus colligendos, ut sunt